

& terram præterire (nedum unum hominem) quàm de lege unum  
*ἵνα ἡμίαν κερδαίαν* cadere, afferente Servatore *Matt. 5. v. 18. Luc. 16. v. 17*  
ratione verò legum reliquarum non item, ibi in multis dispensatum  
fuisse haud obscurè colligere est, ex *Deut. 14. v. 22. 23. & 24.* ubi deci-  
mas, quas quidem in oppidis & portis comedere nefas erat, *1. 12. 17.*  
propter viæ tamen longinquitatem lociq; distantiam in precium re-  
digere, & ex eâdem pecuniâ emere quid placuerit conceditur; item ex  
historiâ celebrati paschatis tempore *Ezechia, 2. Par. 30. 18.* ubi magna  
pars populi, quæ sanctificata non fuerat, comedit Phase, non juxta  
quod scriptum est, & oravit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus  
propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum  
patrum suorum & non imputabit eis, quod minus sanctificati sunt,  
quem exaudivit Dominus & placatus est populo, confer *Num.*  
*9. v. 6. seq.*

22. Vel res sive bona tam temporalia, utpote terræ Canaan pinguis-  
simæ, fertilissimæ, seu ut Spiritus S. passim loquitur, lacte & melle flu-  
entis possessio, cujus topographiam verè graphicam habemus *Deut.*  
*8 v. 6. seq. ut & Gen. 15. v. 19. Exod. 23. v. 31. Num. 34. à. v. 1. ad 13.* quàm  
*spiritualia in regno gratiæ* sacerdotij & spiritualis benedictionis promif-  
sio: eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta *Exod. 19. v. 6. 1.*  
*Pet. 2. v. 9.* taliter non fecerat omni nationi, *Pf. 147 v. 20.* in regno gloriæ  
vitæ æternæ possessio, custodite leges meas & judicia mea, quæ faci-  
ens homo vivet in eis *Levit. 19. v. 5. Luc. 10. v. 28.* non in cassum præcepta  
sunt vobis, sed ut singuli in eis viverent *Deut. 32. v. 47.*

23. Adjunctum V. T. est terminus à Deo definitus usque ad  
Christi adventum, quo præsentē cessavit, cum omnes prophetæ  
& lex usque ad Johannem Messiaæ præcursores prophetârint *Matt.*  
*11. v. 13.* Messias autem in medio septimanæ aboliturus sit sacrifi-  
cium *Dan. 9. v. 27.* in primis illustre est vaticinium *Jerem. 31. v. 31. seq.* feri-  
am fœdus novum post dies illos &c. cujus complementum infallibi-  
le & autentica expositio habetur *Heb. 8. v. 6. seq.* Christus sortitus est  
melius ministerium, quantò & melioris testamenti mediator est,  
nam si illud culpâ vacâisset, non utique secundi locus inquire-  
retur; & post allegata verba Jeremiæ: dicendo novum vetera-  
vit prius, quod autem antiquatur & senescit, pro-  
pè